



Consilia Seu Responsa Juris

Schmalzgrueber, Franz

Augusta Vindelicorum & Ratisbonae, MDCCXL

Cons. X. Alimentationis, quam tenetur Pater præstare Filio illegitimo.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72304](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-72304)

terminum præfixum sine impletione labi finat. Delatio hæc ad Ordinarium fieri in hunc modum poterit. Leontius, homo pessima fama, & de furtis commissis vehementer suspectus, Ecclesiæ præcepto de Communione paschali proximè elapo anno non satisfecit, prætendens fastidium stomachi. Cognita falsitate causa prætensa, sèpius monitus de implendo

præcepto, identidem promisit se satisfacturum, nunquam tamen bucusque promissis stetit. Petitur, quid cum homine isto agendum, & quibus modis compellendus ad obedientiam præstandam præcepto Ecclesiæ? Quod ad quæstionem rescriptum fuerit ab Ordinario, id tandem à parocho executioni dabitur.

CONSILII X.

In causa prolis ex fornicatione susceptae, & alimentationis ejusdem.

SUMMARIUM.

- 1. 2. Facti species.
- 3. Pater tenetur alere prolem:
- 4. Etiam primò triennio, excepto alimento latris.
- 5. Etiam spuris debentur alimenta.
- 6. Per alimenta quid intelligatur?
- 7. Obligatio alendi incumbit, donec liberè aliunde sustentationem habere possint.
- 8. Deciditur quæstio ex data doctrina.
- 9. Scriptura officialis publici in re, qua ad officium illius pertinet, plenè probat factum ibire latum.
- 10. Scriptura privati regulariter vim probandi non habet.

FACTI SPECIES.

I.



Eribertus, adhuc cælebs, rem habuit cum Julianæ, etiam cælibe, quæ cum subinde enixa esset prolem, & Heribertus cum quadam vidua contraxisset sponsalia de futuro, his, delata re ad Ordinarium, se opponit, & petit, ut ipsam cogatur ducere. Fassus quidem ille est delictum, sed quia dixit, Julianam promiscuæ esse Veneris, recusat eandem accipere in uxorem, subticitâ, metu pœnæ, causâ urgentissimâ, pro ipso stante, quod prius peccaverit cum Julianæ sorore, atque adeò impediatur impedimento affinitatis cum Julianæ contrahere. Hinc, quod causa ista non fuerit proposita, prior autem causa judici primæ instantiæ visa fuerit non sufficienter esse probata, judex illum condemnavit ad ducendam Julianam.

2.

Ab hac sententia appellavit Heribertus ad Metropolitanum, qui, cognitâ causâ, condemnavit quidem Heribertum ad agnitionem, & alimentationem prolis, ipsum verò ab onere Julianam ducendi absolvit, & facultatem concessit contrahendi matrimonium cum alia, de qua sententia ipse Heribertus parocho suo ostendit schismata in testimonium sententiae, pro se

latæ. Transiit interea jam tertius annus à nata prole. Hinc Julianæ præter alimentationem, in futurum præstandam proli, ab Heriberto petit etiam expensas puerperii, ablactationis, & sustentationis, jam præstitæ ab ipsa proli in annum tertium, de quibus expensis jam præteritis sententia Metropolitani nullam facit mentionem.

QUÆRITUR I.

A quo, & quousque alenda sit proles?

R. Explorati juris est, quod obligatio alendi prolem præcipue oneret patrem.

1. si quis s. s. sed utrum i. ff. de agnosc. & alend. liber.

In hujus verò defectum ascendentis paternos tangit

1. si quis cit. s. sed utrum i. cit. & s. utrum autem 2.

& his deficientibus, denique ad matrem, hancque mortuâ, ad ascendentis maternos transit.

1. cit. s. ergo & matrem 4. & i. quemadmodum 8. ff. eod.

Et hoc verum est 1. non tantum, si liberi triennium jam excesserint, sed etiam, si recens in lucem hanc editi fuerint: inò, si adhuc in utero delituerint,

1. Cu.

1. Curator s. ff. de ventr. in possess. mit-
tend.

Neque obstat l. nec filium 9. C. de patr. po-
test. ubi insinuari videtur, quod ad ali-
menta primo triennio praestanda obliga-
tur mater; nam, ut textum hunc cum aliis
explicat

Lauterbach. ad tit. de agn. & alen. li-
ber. §. 13.

hoc solum intelligendum est de alimento
lactis, non vero de ceteris, quae statim
pater subministrare tenetur.

1. si competenti 3. C. eod. Coler. tract.
de aliment. lib. 1. c. 6. n. 4. Müller. ad
Struv. Exerc. 25. thes. 74. Clariss. P.
Schmier p. 2. de matr. c. 3. n. 110. &

III.

5. 2. Extenditur etiam ad filios naturales,
& illegitimos, etiam spurius, ut patet ex
c. cum haberet s. in fin. de eo, qui du-
xit &c.

a quo correctum est jus civile, prohibe-
bens alimenta praestari spuriis, sive ex
damnato coitu natis.

Auth. ex complexu. C. de incest. nupt. &
novell. 89. c. 15.

Atque hanc Juris Ecclesiastici dispositio-
nem etiam in foro saculari servandam, al-
legatis præjudiciis, velut pro certo tra-
dunt

Gaill. lib. 2. obs. 88. n. 4. & 12. Co-
ler. tract. de aliment. lib. 1. cit. c. 3. &
n. 33. Lauterb. ad tit. cit. §. 16.

ratio est, quia juri naturali repugnare vi-
detur, ut proles, quae delictum non com-
misit, sit inferioris conditionis, quam bruta-
rum, atque a parentibus, a quibus acce-
pit vitam, per subtractionem alimento-
rum vita denuo spoliatur.

6. 3. Extenditur non solum ad cibum,
& potum, sed ad vestitum.

1. verbo 43. ff. de V. S.

habitationem.

1. legatis 6. ff. de aliment. vel. cibar. le-
gat.

Supellectilem domesticam, & medicamen-
ta.

Coler. de aliment. lib. 2. c. 1. n. 2. Müll-
ler cit. loc. thes. 77. in not. à lit. A.

& cetera, quibus tuendi, curandive cor-
poris gratia utimur, ut loquitur Cajus

l. & cetera 44. ff. de V. S.

Imò etiam ad sumptus pro studiis; nam,
licet pater ad studia applicare filium, nisi
conditio statu's hoc exigat, & sumptus pro
illis subministrare non teneatur, si tamen
ad ea ipsum semel admovit, & is capaci-
tati ingenii adjungat industriam, & pro-
fectum, impensas, si ulterius illud possit,
ut Müller. l. cit. cum aliis notat, largiri
deinceps compellitur.

7. Durat autem haec obligatio alendi li-
beros, usque dum ipsi aliunde sustenta-
tionem sufficientem habeant, aut per exerci-
citum artis vel liberalis, vel mechanicæ,

famulatumve honestum acquirere sibi met-
ipsis illam possint; tunc enim, si, specta-
ta personæ, & statu's qualitate, hoc pos-
sint, parentes alimenta ipsis subministrare
non tenebuntur.

1. si quis s. §. sed si filius 7. ff. de agnosc.
& alend. liber.

Excipitur, si tales in parentes commis-
erunt ingratitudinem, ut exhæredari va-
leant.

1. si quis cit. §. idem Jūdex 11.
nam, ut ibidem notat Gothofredus lit. S.
ex quibus causis potest parentes filium exhæ-
redare, ex iisdem potest eidem denegare
alimenta, & dotem.

Ex his ad casum substratum patet re-
sponsio; dicendum enim, Heribertum ob-
ligari non tantum ad alimenta præstanda
proli in futurum, sed etiam teneri ad refi-
ciendas expensas, quas Juliana fecit in su-
stentationem proli sua triennio isto præ-
terito. Neque obstat, quod de his po-
sterioribus in sententia non fuerit facta
expresa mentio; nam sufficit, quod con-
demnaverit illum ad agnoscendam pro-
blem, ex Juliana suscepit. Igitur pro pa-
tre istius eundem declaravit: debet ergo
implere obligationes patris, quae juxta
dicta se extendunt etiam ad alimenta
præstanda proli statim à nativitate istius,
idque jure naturali, ut dictum est num. 5. ex-
cipiuntur de jure communi alimenta lactis
materni; nam ad hæc præbenda juxta num.
4. tenetur mater. Hinc pro lactatione
proli sua Juliana (nisi contraria alicubi
sit consuetudo) nihil potest exigere; po-
test autem petere sibi refici expensas puer-
perii, & reliquorum alimentorum, hæcte-
nus in prolem factas, cum extensione fa-
cta num. 6. præced.

8.

QUÆRITUR II.

Utrum schedæ simplici, non au-
thenticæ, quam Heribertus Pa-
rocho suo attulit in testimonium licentia, sibi fa-
cta per sententiam Metropolitani ad contra-
bendum cum alia, credi possit, illaque sine
alia probacione permitti contractus
matrimonii cum alia?

R. cum distinctione: vel enim scheda
ista scripta est manu Officialis Curia
Metropolitana, vel ab alio privato. Si
scripta est, vel subscripta manu officialis
Curia Metropolitana, sigilloque hujus mu-
nita, tuto eidem credi potest, & Heriberto
concedi, ut cum sponsa sua vidua contra-
here matrimonium possit; nam scriptura,
scripta ab officiali publico in re, quæ
ad officium illius pertinet, plenè pro-
bat factum, ibi relatum, non minus,
quam instrumentum publicum, confessum
à notario. Colligitur ex

9.

(S 3)

142

CONSLIUM X. ALIMENTATIONIS.

IO.

1. *argentarius* 10. *de edend. & docent*
Hiltrop. p. 3. tit. 10. §. vocab. instrum. n.
21. & tit. 13. n. 1. Pax Jordan. lib. 14.
tit. 20. n. 48. Haunold. tom. 5. de J.
& J. tract. 4. n. 447. Wagnereck. in
rubr. de fid. instrum. not. 5. König ad
dicit. tit. n. 46. Wielfner ibid. n. 43.

Contra, si scripta sit à privato quodam
 duntaxat, & alio adminiculo non sit mu-
 nita; nam talis scriptura regulariter vim
 probandi non habet.

c. scripta 2. *de fid. instrum. l. instrumenta*
5. C. de probat. Everhard. c. 9. n. 177.
Haunold. tract. 4. cit. n. 524. Wielf-
ner loc. cit. n. 59.

Ratio est, quia hujusmodi scriptura aliud
 non est, quam testimonium unius homi-
 nis nonjurati, & extra judicium deponen-
 tis, cui non creditur ob periculum, ne unus
 homo non satis sincere deponat, vel non
 satis vere, cum facile aut per errorem de-
 cipi, aut ex malitia & sua, & aliorum cor-
 rumpi possit. Hinc jura, præclusura
 viam fraudibus, absolute statuerunt, uni-

testium non esse credendum, & propterea
 regula apud JCtos. est, *Dictum unius te-*
stis nullius. Accedit, quia, si talis scriptu-
 ra probaret pro producente illam, facile
 quilibet, cuius rei vellet, sibi parare pro-
 bationem posset vel scribendo ipse, vel
 curando, ut alius scribat ejusmodi sche-
 dam, intentionis propitiā: quod ex-
 emplo perniciosum, atque iniquum fo-
 ret.

1. *exemplo 7. C. de probat.*

Quare Dominus Parochus in præsenti
 casu ad tollendum periculum deceptionis,
 & assecrandam conscientiam suam, ab
 Heriberto petet, ut sibi iste exhibeat Ori-
 ginalē ipsius sententiā, quā facultas ipsi
 datur ducendi aliam, vel, si hoc nondum
 obtinuerit, ut vel illud, vel vidimatam
 copiam à Curia Merropolitana impetrēt: si
 verò neutrum consequi possit, consultum
 erit, ut rem istam ad Ordinarium referat,
 & ab eo quærat, quomodo in re ista gere-
 re se debeat.

CONSLIUM XI.

In causa fundationis Missæ quotidianæ.

SUMMARIUM.

- 1. seqq. *Facti species.*
- 7. *Exempla ex originali transumpta fidem regu-*
lariter non faciunt.
- 8. *Litera sine sigillo non probant.*
- 9. *Differentia inter archivum publicum & priva-*
tum.
- 10. 11. *Requisita ad hoc, ut copia transum-
 pta vim probandi habeat.*
- 12. *Exceptiones, sub quibus copia etiam absque*
solemnitatibus fidem facit.
- 13. seqq. *Copia questionis videtur sufficiens ad*
probandum.
- 16. seqq. *Conjectura de empta liberatione ab*
onere.
- 19. *Qui allegat instrumentum casu fortuito amis-
 sum, probare debet amissionem instrumenti, &*
- tenorem ejus.
- 20. *Scriptura authentica fidem facit de obliga-*
tione perseverante, nisi probetur eam esse ex-
tingitam.
- 21. *Onus aliquando annexum censetur permane-*
re, nisi probetur separatum.
- 22. *Obligatio, cui ab immemoriali tempore*
non est satisfactum, presumitur licito modo
soluta.
- 23. seqq. *Afferuntur conjectura, quod onus*
Missæ quotidiana reductum fuerit ad Anni-
versarium solenne.
- 35. seqq. *Rejectis argumentis contrariis defen-*
ditur, locum habere præscriptionem contra
fundationes pias & onera Missarum.
- 55. *Conclusio rotius controversia.*

FACTI SPECIES.

I.



Nro 1358. Dom-
 nus Udalricus de
 St. tria prædia,
 unum majus, duo
 minora in H. pago
 non procul Sch.
 distante, à Mo-
 naierio dicti lo-
 ci, pro 200. li-
 bris halorum
 prius coempta, memorato Monasterio

reddidit pro fundatione Missæ quotidianæ,
 in Altari S. Crucis, in Ecclesia Monaste-
 ri memorati sito, legendæ, sub sequenti-
 bus conditionibus, prout videre est in ex-
 emplo, seu copiâ vidimatâ instrumenti hu-
 jus fundationis; nam ipsæ originales lite-
 ræ non amplius extant.

1. Ut Missa hæc quotidiana perpetuis
 futuris temporibus in solatium suæ,
 fratri sui defuncti, omnium etiam Maj-
 orum suorum, & eorum, à quibus prædia
 hæc pervenerunt, animarum salute, &
 sola-